

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

SECVNDVS

bernaculorum futorem fuisse tradunt: & utraque didicisse menedemum. Quo
 circa cum scripisset decretum quoddam reprehensum ab Alexinio quodam quod
 scilicet non conueniret sapienti neque tabernaculum neque decretum scribere.
 Missus autem ab eretriensibus in megara praesidio futurus contendit ad plato
 nem in academiam inque illius retia non inuitus incidit deseruitque militiam: Ca
 terum asclepiade phiasio ad se illum pertrahente megaris apud Stilponem fuit:
 eiusque ambo auditores fuere: inde nauigantes elidem Anchypilo & Molcho
 phaedonis discipulis congressi sunt: atque haecenus ut supra cum de phaedone lo
 queremur dictum est: heliaci appellabantur. postmodum uero ab eius patria de
 quo nunc sermo est eretrici uocati sunt. Constat menedemum honestate ac gra
 uitate fuisse celebre: qua ex re cratem quoque sic illum iocatum: phiasiumque ascle
 piadem taurumque eretrium. Timon item elato supercilio cum dicturus assurgeret
 fuisse illum notat. Adeo autem ea grauitate insignis fuit: ut cum eurylochus cassan
 dreus ab antigono accerferetur una cum cleippide ciziceno adolecente abnuerit.
 Metuere enim ne id menedemus persentiat: Erat enim summae & in obiurgando
 grauitatis atque precipuae auctoritatis. Denique cum adolecens in illum motu temera
 rio ferretur dixit quidem nihil: ceterum sumpta festuca pingebat in pauimento tra
 iecti figuram: dum interim spectantibus omnibus adolecens insigni contumelia
 notari se intelligens abscessit. Hierocles in piraeo sub amphiarao illum obtunde
 bat & cum plurima de eretriae loqueretur excidio: nihil aliud locutus est: sed so
 lummodo rogauit ad quod eum antigonus traiecit. Audacter exulanti adulterio igno
 ras inquit non modo brassicae succum inesse iucundum sed & raphano: claman
 ti adolescentulo & uociferanti uide inquit an aliquit retro dum nescis habeas.
 Consultanti antigono an luxuriosum adiret conuiuium: hoc illi solum renunciarum
 iussit: Memento regis te esse filium. fatuo quidam sibi minime necessarium dicente
 interrogauit an uillam haberet: & cum ille multa se habere praedia dixisset perge in
 quit & illorum curam gere: ne & illa negligenter curando perdere contingat & amit
 tere simplicem urbanitatem. sciscitanti cuidam an uxor esset ducenda sapienti? num
 ego inquit tibi sapiens uideor. Et cum annuisset ille. at ego ait duxi. Dicente quodam
 complura esse bona percontari illorum numerum perguit: & an putet plura esse quam cen
 tum. Sapius dolebat quod luxuriosa conuiuia magnificumque apparatus nequiret
 afferre. uocatus uero semel ad coenam inuentusque Lautissimis cibus diuitum men
 sam nihil locutus est: sed tacitus eam luxuriam coarguit dum solas oleas in cibum
 sumpsit: huius denique seueritatis causa parum absuit quin in cyprum apud nicareon
 tem perclitaretur cum Asclepiade socio: nam cum eos rex ad mensuram celebra
 rem euocasset sicut & philosophos ceteros: Menedemum dixisse ferunt: Siquidem
 honesta est huiusmodi uirorum congregatio: quotidie sunt festa celebranda
 sin alias superflue quoque modo celebrantur. Ad haec tyrannus cum ita oc
 currisset hanc diem habere se celebrem ut negociis omissis philosophis con
 gredi liceret: ille Seuerius adhuc in sententia persistit: ostendens ex sacrifi